1559° d. 21 Octobris Ex ms: Bielinskiano.

# De teloneis Silesiicis responsum Caes: Mttis.

Sacra Caes. Mtas D. Nr. clem. Paterne et benigne ea intellexit quae nomine S. regis Poloniae per S. suae regiae Oratorem D. M. Cromerum de novis teloneis in Silesia abrogandis Mtti suae Caes: scripto proposita fuerunt eisque ita respondere decrevit Mtem suam S. Caes: quippe iam antea et prius quam hujusce modi telonia instituerentur pactorum inter Mttem S. Caes. et Stem ejus regiam, utriusque regni tam Bohemiae quam Poloniae granitiorum, meritum rationis haberi jussisse, neque hactenus ex iis deprehendi potuisse quod circa praedictam teloneorum institutionem officiis in pactis conservandis debito aliquo modo esset obventum, eo tamen non obstante, cum Mtas ejus Caes. benevolentiam paternam quovis loco ac tempore S. regiae suae exhibere promptissima sit mandasse denuo eorum teloniorum, exactam inquisitionem haberi quo perspectis omnibus circumstantiis Mtas S. Caes. ulterius deliberare possit. Allata autem ea informatione quae a Mtte sua Caes. eo nomine expectatur ita in hoc negocio Mtas S. Caes statuet, ut S. rex atque ordines regni Poloniae merito conqueri nequeant, cognoscatque S. sua regia Mttem ejus Caes. paternae benevolentiae boneque vicinitatis studio nequaquam defuisse. Ex Consilio S. C. M. d. 18 8bris AD 1559.

Rozwarij Cesarz.